

1532. y. 13. februarij

Bona Regina Poloniae Stanislaus Episcopo Olomuensi

22

Reverende in Christo Sater sinere
 nobis dilecte. grata et accepta nobis fuit
 semper et est nunc etiam propensio
 et observancia erga nos singularis.
 Satermitatis vestre quam in tractan-
 dis adjuvendisque omni debita honestate
 nuntius d. servitoribus nostris ad ditionem
 suam divertentibus plane et officiose
 satis nobis declaravit, pro qua d. si nos
 vicissim illi gratitudinem et benevo-
 lentiam nostram testari et declarare
 intendamus, ferre tamen sine admira-
 tione et audacitate animi non potui-
 mus, id quod super praesente et fortasse
 etiam consentiente Satermitate vestra
 per Ordines moraviae in Conventa
 Publico Generoso Vilhelmo Puna de
 constat est admissum, ut scilicet con-
 tra servitores et nuntios nostros
 libere reprehensus edi possit d. illos
 per marchionatum moraviae Com-
 meantes impune pignovare valeat
 que res tametsi nobis obesse vel in-
 commodare nihil potest protegente

nos

nos auctoritate Serenissimi et honorandissimi
Domini Coniugis nostri in eius po-
testate magis que in nostras sunt i-
quorum nos vel opera vel servitibus in
hoc Regno utimur. Quia tamen non
nihil ad indignitatem nostram specta-
re videtur, est nobis plane gravis et
molesta, praesertim cum propter eius
necessitudinis vinculum quod nobis
cum Serenissimo Domino Romanorum
Hungarique & Bohemiae etc. Rege
intercedit et item propter honestatem
Serenissimi Coniugis nostri, aliam
conveniret Ordines moraviae Digni-
tatis nostrae habere rationem veram
cum ita esset illis virum ipsi vi-
derint bene ne an male Consilio
et instituto illorum sit succursum
habemus nos literas Serenissimi Do-
mini Romanorum Regis Constan-
tini nostri honorandissimi, quibus
expressè pignoriatio, ut repressalia
Vilhelmo Cuna supra dicto contra
servitores nostros interdiciantur, que
si temeritate violarentur non despet-
tum Demum nobis auctoritas et
profectio Serenissimi Domini Con-
iugis nostri in eius potestate
tantandem vel amplius spei adver-
timus ut repressalia adversum mo-

vauie)

moravia incolas vicisim admittat; hae
 nos paternitati vestrae significare pro-
 pterea volumus, ut illa pro veluti sua
 erga nos propensione inter ordines
 moraviae, interquos primum locum
 obtinet, sciat qua rationem dignitatem
 nostram tueri. Debet si forte quod
 non speramus praescripto & mandato
 serenissimi Romanorum Regis ipsa
 Cuncta audirens esse noluerit. Cuius
 mandati exemplum cum paternitati
 bus paternitati vestrae mittimus, et
 illam felicem atque salvam esse sem-
 per optamus. Dada Craucio 13. febru-
 arij Anno Domini 1532.

Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is arranged in approximately 25 horizontal lines across the page.